

*Ericus Balk*²²⁸, a priest from the diocese of Turku, was once the chaplain of the knight Erik Turesson²²⁹, the captain of the castle Viborg (Viipuri) near the hostile Russians. The castle kept a cannon or gun to defend itself, and one day Ericus wanted to see if it worked. After having checked that no-one was in the way, he fired the cannon. Afterwards, he found that a six-year old boy, his relative, had been hit and killed. The regent Julianus, bishop of Bertinoro, refers the case to (the auditor) Dominicus de Jacobatiis for inspection, and commissions the diocesan bishop to declare Ericus innocent and not irregular or disqualified, on condition that it can be established that the facts above are true.

Ericus Balk presbyter Aboensis diocesis exponit, quod, cum ipse olim capellanus cuiusdam nobilis Eriki Turesson militis et capitanei castris Viborgh in confinibus scismaticorum christiane religionis inimicorum Ruthenorum situati existeret, [ab] ob timorem, quem propter continuos dictorum Ruthenorum incursus et insultationes in dictam patriam <haberet>, quandam bombardam parvam sive scopetam deferre soleret volensque quadam die eandem bombardam experiri, si ingruente necessitate ad tuitionem valida et solida foret, pulvere et globulo plumbeo immissis et igne imposito per portam seu hostium domus clausum, in qua erat, adhibita prius debita diligentia, quod nemo erat, cui nocere posset, emisit seu perforavit hostioque aperto quandam puerum eius consanguinem sex annorum illuc casualiter venientem interfectum preter eius voluntatem invenit. Cum autem, pater sancte, dictus exponens in mortem prefati pueri tunc aspiraverit et debitam antea diligentiam, ne eius obesse posse adhibuerit nec in illius mortem alias, quam ut premittitur, culpabilis fuerit sed de illa ab intimis doluerit, prout dolet de presenti, cupiatque ex magno / devotionis fervore in suis ordinibus – etiam in altaris ministerio – ministrare et quecumque sibi in futurum canonice conferenda beneficia ecclesiastica recipere et retinere, a nonnullis tamen simplicibus et iurisignaris ac ipsius exponentis forsitan emulis asseritur ipsum propter premissa homicidii reatum incurrisse ac irregularitatis maculam seu inhabilitatis

50:394v

395r

390 Rome apud Sanctum Petrum in marg. sup. fol. 394v; Anno decimo domini Alexandri pape vi in marg. sup. fol. 395r; Rome xiii Kalendas Decembris in marg. sin. fol. 394v; Aboensis diocesis in marg. dext. fol. 394v. | 390,1 Balk] Balb cod. | 3 Viborgh] Vibergh cod. | 4 quem] quam cod. | 6 haberet om. cod. (vel quem (lin. 4) delendum) | scopetam (ex scoptetam corr. cod.)] vide DU CANGE, 'scopeta' ("tormentum bellicum manuale") | 9 hostium] i. e. ostium | 11 hostioque] i. e. ostioque

228. Ericus Balk is mentioned in, for example, KLOCKARS 1979, p. 151; FMU 4970, 4971, 5079, 5261 (1503–1507).

229. On Erik Turesson (Bielke), see SBL IV, pp. 167–180.

notam contraxisse. Ad ora igitur talium etc. obstruenda supplicat etc.,
quatenus ipsum propter premissa nullum homicidii reatum incurrisse
nullamque irregularitatis maculam seu inhabilitatis notam contraxisse 25
sed premissis non obstantibus in suis ordinibus predictis – etiam in
altaris ministerio – ministrare et beneficia predicta recipere et retinere
libere et licite posse declarari mandare misericorditer dignemini in
forma. Fiat ut infra. Iulianus episcopus Brictonoriensis regens. Videat
eam dominus Dominicus de Iacobatiis. Iulianus. Committatur ordin- 30
ario, ut vocatis vocandis constito de assertis et, quod adhibuerit diligen-
tiam quam diligentissimum orator alias adhibuisset, declaret, ut petitur.

390,23 etc¹] *scil.* et aliorum sibi super hoc in futurum forsitan obloqui volentium emulorum; *cfr e. g. n.* 252,26; 342,21. | etc²] *scil.* sanctitati vestre humiliter dictus exponens *vel sim.*; *cfr e. g. n.* 116,18; 251,30; 383,24. | 29 Videat...Iulianus] *in sin. parte pag.* | 30 Iacobatiis] Iacobatis *cod.* | Committatur...32 petitur] *in dext. parte pag.*